



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvæstio VII. De circumstantijs humanoru[m] actuum, in quibus
voluntarium, & inuolu[n]tarium inuenitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Super Quaestionem septimam.

* Art. 1. ad 1.

Circa totam septimam quaest. de circumstantiis, nihil occurrit hoc in loco dubitandum: quoniam discussio harum circumstantiarum in speciali, pura de persona, modo, tempore, & loco facris, ad posteriores spectat tractatus. Summarie tamen scito, qd circumstantia temporis sacri est aggrauans peccatum, non tñ apponens specie sacrilegij, nisi fiat in contemptum temporis sacri. Circumstantia verò sacri loci, quamuis omnia aggrauet peccata p accidens, illa tamen sola ad sacrilegij speciem trahit, quæ sanctitati loci directe opponuntur, aut annexæ immunitati, ut effusionis sanguinis, uel seminis humani, quæ impediunt exhibendum ibidem diuinum cultum, ad quæ directe sanctificatur locus: & uolentæ extractions, quæ immunitati contrariantur, & his similia. Per sonæ quoque circumstantia non transfert in aliam speciem, nisi peccatum uoto, uel statui eius directe aduersetur: ut si religiosus fornicetur, in sacrilegium trahitur: si autem blasphematur, solius blasphemie reus est, sicut alius blasphemans. Quid autem i. effectus, quando est præuoluntarius & uoluntarius, trahit in ipsius specie: ut si mulier pergens ad ecclesiam, seit se ibidem adamandam, & hoc uult, quamuis non propterea uadat, sed propter audiendam Missam, actus ille ex illo effectu mali speciem trahit. Circa Quid. i. conditiones obiecti, ut magnum, & paruum in re oblata, & Quomodo: quæ actus multum aggrauent, in aliam tamen speciem transferre actus non uideo. Cur, demum manifeste dat aliam actui speciem: & si prædictis adiunxeris, quod circumstantie necessario cognoscenda a spiritali iudice, sunt transferentes in aliam speciem, & cū hoc aggrauantes in infinitum. i. adderes,

* In corp. ar.

Infra art. 7. cor. & q. 18. artic. 9. & 4. di. 16. q. 2. art. 1. q. 1. Et ma. q. 2. ar. 6. ad 5. & artic. 5. corp. prin. & 3. Ethic. lect. 3. cor. 2. ff.

bet ignorantia ad uoluntatem, in quantum ipsa ignorantia est uoluntaria: & hoc contingit dupliciter, secundum duos modos uoluntarij supra positos. * Vno modo, quia actus uoluntatis fertur in ignorantia: sicut cum aliquis ignorare uult, uel ut excusationem peccati habeat, uel ut non retrahatur a peccando, secundum illud Iob. 21. Scientiam uiarum tuarum nolimus. & hæc dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignorantia uoluntaria eius, quod quis potest scire, & debet. sic enim nõ agere, & non uelle, uoluntarium dicitur, ut supra dictum est. * Hoc igitur modo dicitur ignorantia, siue cum aliquis actu non considerat, quod considerare potest, & debet, quæ est ignorantia malæ electionis uel ex passione, uel ex habitu proueniens: siue cum aliquis notitiam quam debet habere, non curat acquirere. Et secundum hunc modum ignorantia uoluntaria iuris, quæ quis scire tenetur, uoluntaria dicitur, quasi per negligentiam proueniens. Cū autem ipsa ignorantia sit uoluntaria aliquo istorum modorum, non potest causare simpliciter in uoluntarium: causat tamen secundum quid in uoluntarium, in quantum præcedit motu uoluntatis ad aliquid agendum, qui non esset scientia præsentis. Antecedenter autem se habet ad uoluntatem ignorantia, quando non est uoluntaria, & tamen est causa uolendi quod alias nõ uellet. sicut cū aliquis homo ignorat aliquam circumstantiam actus, quam non tenebatur scire, & ex hoc aliquid agit, quod non faceret, si sciret. puta, cum aliquis diligentia adhibita nesciens aliquem transire per uiam, projicit sagittam, qua interficit transeuntem: & talis ignorantia causat in uoluntarium simpliciter. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam prima ratio procedit de ignorantia eorum, quæ quis tenetur scire: secunda autem de ignorantia electionis, quæ quodam modo est uoluntaria, ut dictum est: * tertia uero de ignorantia, quæ concomitanter se habet ad uoluntatem.

QVAESTIO VII.

De circumstantiis humanorum actuum, in quatuor articulos diuisa.



INDE considerandum est de circumstantiis humanorum actuum.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

- ¶ Primò, Quid sit circumstantia.
¶ Secundò, Vtrum circumstantie sint circa humanos actus attendenda a Theologo.
¶ Tertio, Quot sunt circumstantie.
¶ Quarto, Quæ sunt in eis principales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum circumstantia sit accidens actus humani.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod circumstantia non sit accidens actus humani. Dicit enim Tullius in rethoricis, qd circumstantia est, per quam argumentationi auctoritatem, & firmitatem adiungit oratio: sed oratio dat firmitatem argumentationi, præcipue ab his quæ sunt subiecta rei, ut diffinitio, genus, & species, & alia huiusmodi, a quibus etiam * Tullius Oratorem argumentari docet. ergo circumstantia nõ est accidens humani actus.

¶ 2. Præter. Accidens proprium est inesse: quod autem circumstantia non inest, sed magis est extra. ergo circumstantia non sunt accidentia humanorum actuum.

¶ 3. Præter. Accidens non est accidens: sed ipsi humani actus sunt quædam accidentia. non ergo circumstantie sunt accidentia actuum.

SED CONTRA Particulares conditiones cuiuslibet rei singularis, dicuntur accidentia indiuiduantia ipsam: sed Philosophus in 3. * Ethico. circumstantias nominat particularia, id est, particulares singulorum actuum conditiones. ergo circumstantie sunt accidentia indiuidua humanorum actuum.

RESPON. Dicendum, quod quia nomina, secundum * Philosophum, sunt signa intellectuum, necesse est quod secundum processum intellectus cognitionis, sit etiã nominationis processus. Procedit autem nostra cognitio intellectualis, a notioribus ad minus nota: & ideo apud nos, a notioribus nomina transferuntur ad significandum res minus notas. & inde est, quod sicut dicitur in 10. * Metaphisico. ab his, quæ sunt secundum locum, processit nomen distantie ad omnia contraria. & similiter nominibus pertinentibus ad motum localem utimur ad significandum alios motus, eo qd

secundum se ratione peccati mortalis, scies quæ sunt circumstantie necessariae, & quæ non. Sed caue ne illas, quæ multum grauant, totali silentio prætereas: & maxime circumstantia, Quid, quæ inter principales in 4. articulo computatur. Magni enim refert abfuisse ceterum, & abfuisse ceterum cum dano inde pauperis, & pupillorum, puellarum nubium, & huiusmodi, quæ spectant ad circumstantia, Quid. Illud, autem hic notato, qd inter circumstantias, nec Aristoteles, nec Tullius, nec diuus Thomas copulant, Quoties. Et ratio est, quia circumstantia, ut in 1. dicitur articulo, circa eundem sunt actum: numerus autem operationum non circumstantiam & eandem operationem: sed ad aliam, & alia operationem. Non enim secundum hunc est circumstantia primi, aut e contrario: nec tertium secundum, & sic deinceps. Ex quo sequitur, quod quia non minus tenetur quis conuerti de secundo peccato, quam de primo, & non minus de centesimo, qd de quocunque alio: quod non sufficit dicere, quod plures firmitas est, sed oportet explicare quoties firmitas est, si numeri meminere: & si non meminere, exprimere debet quæ frequenter, sic, ut uerbum illis numerus habeatur. Scito quoque demum, quod id, quod de sine specificante, & adiuuato distinguitur in re sponse ad 3. in articulo 3. explanabitur inferius in q. 18. articulo 4. ubi inchoare uideatur opposita doctrina.

* In lib. Topico.

Cap. 1. ante med. & post. 10. 5.

* Lib. 7. per rher. cap. 10. m. 1.

* Text. 13. & 14. tom. 5.

corpora, quæ loco circumscribuntur, sunt maximè nobis nota: & inde est quòd nomen circumstantiæ ab his quæ in loco sunt, deriuatur ad actus humanos: Dicitur autem in localibus aliquid circumscribere, quod est quidem extrinsecum à re, tamen attingit ipsam, uel appropinquat ei secundum locum. Et ideo quæcunque conditiones sunt extra substantiam actus, & tamen attingunt aliquo modo actum humanum, circumstantiæ dicuntur: quod autem est extra substantiam rei, ad rem ipsam pertinens, accidens eius dicitur. unde circumstantiæ actuum humanorum, accidentia eorum dicenda sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oratio quidem dat firmamentum argumentationi, primò ex substantia actus, secundario uerò ex his quæ circumstant actum. Sicut primò accusabilis reddi aliquis ex hoc, quòd homicidium fecit: secundario uero ex hoc, quòd dolose fecit, uel propter lucrum, uel in tempore, uel in loco factus, aut aliquid aliud huiusmodi: & ideo signanter dicit, quod per circumstantiam oratio argumentationi firmamentum adiungit, quasi secundario.

AD SECUNDVM dicendum, quòd aliquid dicitur accidens alicuius dupliciter. Vno modo, quia inest ei: sicut album dicitur accidens Sortis. Alio modo, quia est simul cum eo in eodem subiecto: sicut dicitur, quòd album accidit musico, in quantum conueniunt, & quodammodo se contingunt in uno subiecto, & per hunc modum dicuntur circumstantiæ accidentia actuum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dictum est, accidens dicitur accidenti accidere propter conuenientiam in subiecto: sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, secundum quod duo accidentia comparantur ad unum subiectum absque aliquo ordine, sicut album & musicum ad Sortem. Alio modo, cum aliquo ordine, puta, quia subiectum recipit unum accidens alio mediante: sicut corpus recipit colorem mediante superficie. & sic unum accidens dicitur etiam alteri inesse: dicimus enim colorem esse in superficie. Vtroque autem modo circumstantiæ se habent ad actus: nam aliquæ circumstantiæ ordinatæ ad actum, pertinent ad agentem non mediante actu puta locus, & conditio personæ: aliquæ uero median te ipso actu, sicut modus agendi.

ARTICVLVS II.

Utrum circumstantiæ humanorum actuum sint consideranda à Theologo.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quòd circumstantiæ humanorum actuum non sint consideranda à Theologo. Non enim considerantur à Theologo actus humani, nisi secundum quod sunt aliquales, id est, boni, uel mali: sed circumstantiæ non uidentur posse facere actus aliquales, quia nihil qualificat, formaliter loquedo, ab eo quod est extra ipsum, sed ab eo quod in ipso est. ergo circumstantiæ actuum non sunt à Theologo consideranda.

¶ 2 Præ. Circumstantiæ sunt accidentia actuum: sed uni infinita accidunt. & ideo, ut dicitur in 6. Metaph. nulla ars, uel scientia est circa ens per accidens, nisi sola philosophica. ergo Theologus non habet considerare circumstantias humanorum actuum.

¶ 3 Præ. Circumstantiarum consideratio pertinet ad Rhetorem: rhetorica autem non est pars theologiae. ergo consideratio circumstantiarum non pertinet ad Theologum.

SED CONTRA. Ignorantia circumstantiarum causat inuoluntariū, ut Dam. & Greg. Nicenus dicunt:

A sed inuoluntarium excusatur a culpa, cuius consideratio pertinet ad Theologum. ergo & consideratio circumstantiarum ad Theologum pertinet.

RESPON. Dicendum, quòd circumstantiæ pertinent ad considerationem Theologi triplici ratione. Primò quidem, quia Theologus considerat actus humanos, secundum quod per eos homo ad beatitudinem ordinatur. Omne autem quod ordinatur ad finem, oportet esse proportionatum fini: actus autem proportionantur fini secundum commensurationem quandam, quæ fit per debitas circumstantias: unde consideratio circumstantiarum ad Theologum pertinet. Secundo, quia Theologus considerat actus humanos, secundum quod in eis inuenitur bonum & malum, melius & peius, & hoc diuersificatur secundum circumstantias, ut infra patebit. Tertiò, quia Theologus considerat actus humanos, secundum quod sunt meritorij, uel demeritorij, quod conuenit actibus humanis, ad quod requiritur quòd sint uoluntarij. Actus autem humanus iudicatur uoluntarius, uel inuoluntarius, secundum cognitionem, uel ignorantiam circumstantiarum, ut dictum est: & ideo consideratio circumstantiarum pertinet ad Theologum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum ordinatum ad finem, dicitur uile, quod importat relationem quandam. unde Philosophus dicit in 1. Ethic. quod in ad aliquid bonum est utile: in his autem quæ ad aliquid dicuntur, denominatur aliquid non solum ab eo quod inest, sed etiam ab eo quod extrinsecus adiacet, ut patet in dextro & sinistro, æquali & inæquali, & similibus: & ideo cum bonitas actuum sit in quantum sunt utiles ad finem, nihil prohibet eos bonos, uel malos dici secundum proportionem ad aliqua, quæ exterius adiacent.

AD SECUNDVM dicendum, quòd accidentia, quæ omnino per accidens se habent, relinquuntur ab omni arte propter eorum incertitudinem & infinitatem: sed talia accidentia non habent rationem circumstantiæ, quia, ut dictum est, sic circumstantiæ sunt extra actum, quòd tamen actum aliquo modo contingunt ordinatæ ad ipsa: accidentia autem per se cadunt sub arte.

AD TERTIVM dicendum, quòd consideratio circumstantiarum pertinet ad Moralem, & Politicum, & ad Rhetorem. Ad Moralem quidem, prout secundum eas inuenitur, uel prætermittitur mediū uirtutis in humanis actibus, & passionibus: ad Politicum autem & Rhetorem, secundum quod ex circumstantiis actus redduntur laudabiles, uel uituperabiles: excusabiles, uel accusabiles, diuersimode tamē. Nam quod Rhetor persuadet, Politicus diiudicat. Ad Theologum autem, cui omnes aliæ artes deseruiunt, pertinent omnibus modis prædictis: nam ipse habet considerationes de actibus uirtuosis, & uitiosis cum morali: & considerat actus, secundum quod merentur penam, uel præmium, cum Rhetore & Politico.

ARTICVLVS III.

Utrum conuenienter enumerentur circumstantiæ in 3. Ethic.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter circumstantiæ numerentur in 3. Ethic. Circumstantia enim actus dicitur, quòd exterius se habet ad actum: huiusmodi autem sunt tempus & locus. ergo solæ duæ sunt circumstantiæ, scilicet, Quando, & Vbi.

¶ 2 Præ. Ex circumstantiis accipiuntur quid bene, uel male fiat: sed hoc pertinet ad modum actus. ergo omnes circumstantiæ

q. 18. art. 10. & 11. & q. 73. art. 7.

in argu. sed contra.

c. 7. de prin. tom 5.

arti. huius quat.

q. d. 16. q. 3. ar. 1. q. 2. & 3. & ma q. 2. ar. 1. c. cor. le. 3. Ethic. le. 9. fin. ca. 10. 5.

b. To. In fol. p. 2. ar.

q. d. 16. q. 3. ar. 1. q. 2. & 3. & q. 1. cor.

12. q. 10. m. 3.

16. q. 2. c. 14. p. 543.

cunſtātiæ includūtur ſub una, quæ eſt modus agēdi. ¶ 3 Præſ. Circunſtantiæ non ſunt de ſubſtātia actus: ſed ad ſubſtātiā actus pertinere videntur cauſæ ipſius actus. ergo nulla circunſtantiā debbet ſumi ex ſubſtātia ipſius actus. Sic ergo neque quis, neq; propter quid, neque circa quid, ſunt circunſtantiæ. nam quis, pertinet ad cauſam efficientem: propter quid, ad finale: circa quid, ad materiale.

SED CONTRA eſt authoritas Philoſophi in tertio* Ethicorum.

RESPON. Dicendum, q̄ Tullius in ſua Rhetorica aſſignat ſeptem circunſtantiā, quæ hoc uerſu continentur. Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. Conſiderandum eſt. n. in actibus, quis fecit, quibus auxiliis, vel inſtrumentis fecerit, quid fecerit, ubi fecerit, cur fecerit, quomodo fecerit, & quando fecerit. Sed Ariſtot. in 3. Ethicor. aliam. ſ. circa quid, quæ a Tullio comprehenditur ſub quid. Et ratio huius annumerationis ſic accipi poteſt: nam circunſtantiā dicitur, quaſi extra ſubſtātiā actus exiſtens: ita tamen quod aliquo modo attingit ipſū. contingit autem hoc fieri tripliciter. Vno modo, in quantum attingit ipſum actum. Alio modo, in quantum attingit cauſam actus. Tertio modo, in quantum attingit effectum. Ipſum autem actum attingit vel per modum meſuræ, ſicut tempus & locus: uel per modum qualitatis actus, ſicut modus agendi. Ex parte autem effectus, ut cū conſideratur quid aliquis fecerit, ex parte vero cauſæ actus, quantum ad eam finale accipitur pp quid: ex parte autem cauſæ materialis, ſive obiecti, accipitur circa quid: ex parte vero cauſæ agentis principalis, accipitur quis egerit: ex parte vero cauſæ agētis inſtrumentalis, accipitur quibus auxiliis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod tempus & locus circunſtant actum per modum meſuræ: ſed alia circunſtant actum, in quantum attingit ipſum quocunq; alio modo, extra ſubſtātiā eius exiſtēs.

AD SECUNDUM dicendum, quod iſte modus, qui eſt bene uel male, non ponitur circunſtantiā, ſed conſequens ad omnes circunſtantiā: ſed ſpecialis circunſtantiā ponitur modus, qui pertinet ad qualitatem actus. puta, quod aliquis ambulet uelociter, uel tarde: & quod aliquis percūtit fortiter, uel remiſſe. & ſic de aliis.

AD TERTIUM dicendum, q̄ illa conditio cauſæ, ex qua ſubſtātia actus dependet, non dicitur circunſtantiā, ſed aliqua conditio adiuncta: ſicut in obiecto non dicitur circunſtantiā furti, quod ſit alienum (hoc enim pertinet ad ſubſtātiā furti) ſed quod ſit magnum uel paruum. & ſimiliter eſt de aliis circunſtantiis, quæ accipiuntur ex parte aliarum cauſarum. Non enim finis qui dat ſpeciem actus, eſt circunſtantiā, ſed aliquis finis adiunctus: ſicut quod fortis fortiter agat propter bonum fortitudinis, non eſt circunſtantiā: ſed ſi fortiter agat propter liberationem ciuitatis, uel populi Chriſtiani, uel aliquid huiusmodi. Intelligitur etiam ex parte eius, quod eſt quid. Nā quod aliquis perfundēs aliquem aqua, abluat ipſum, non eſt circunſtantiā ablutionis: ſed q̄ abluendo inſrigeret, uel calefaciat, & ſanet, uel noceat, hoc eſt circunſtantiā.

ARTICVLVS III.

Utrum ſint principales circunſtantiæ, propter quid, & ea in quibus eſt operatio.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quod non ſint principales circunſtantiæ, propter quid, &

4. di. 16. q. 3. ar. 2. q. 2. & di. 33. q. 1. ar.

¶ 1 Præſ. ea in quibus eſt operatio, ut dicitur in 3. * Ethic. Ea enim in quibus eſt operatio, videntur eſſe locus & tempus, quæ non videntur eſſe principalia inter circunſtantiā: cum ſint maxime extrinſeca ab actu. Ea ergo in quibus eſt operatio, non ſunt principaliffimæ circunſtantiarum.

¶ 2 Præſ. Finis eſt extrinſecus rei, non ergo videtur eſſe principaliffima circunſtantiarum.

¶ 3 Præſ. Principaliffimum in vnoquoque, eſt cauſa eius & forma: ſed cauſa ipſius actus eſt perſona agēs, forma autem actus eſt modus ipſius. ergo iſtæ duæ circunſtantiæ videntur eſſe principaliffimæ.

SED CONTRA eſt quod * Greg. Nicenus dicit, q̄ principaliffimæ circunſtantiæ ſunt, cuius gratia agitur, & quid eſt quod agitur.

RESPON. Dicendum, q̄ actus proprie dicuntur humani, ſicut * ſupra dictum eſt, prout ſunt uoluntarij: uoluntatis autem motuum & obiectum eſt finis. & ideo principaliffima eſt omnium circunſtantiarum illa, quæ attingit actum ex parte finis. Cuius gratia, ſecundaria uero quæ attingit ipſam ſubſtātiā actus, id eſt, quid fecit: alia uero circunſtantiæ ſunt magis, uel minus principales, ſecundum quod magis, uel minus ad has appropinquant.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ per ea in quibus eſt operatio, Philoſophus nō intelligit tempus & locum, ſed ea quæ adiunguntur ipſi actui. vñ * Gre. Nicenus quaſi exponēs dictū Philoſophi, loco eius qd Philoſophus dixit, in quibus eſt operatio, dicit, quid agitur.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ finis eſt nō ſit de ſubſtātia actus, eſt tamen cauſa actus principaliffima, in quantum mouet agentem ad agendum. unde & maxime actus moralis ſpeciem habet ex fine.

AD TERTIUM dicendum, q̄ perſona agens, cauſa eſt actus ſecundū quod mouetur a fine, & ſecundum hoc principaliter ordinatur ad actum: alia uero conditiones perſonæ non ita principaliter ordinatur ad actum. Modus etiam non eſt ſubſtāntialis forma actus: hoc enim attenditur in actu ſecundum obiectum, uel finem, & terminum: ſed eſt quaſi quædam qualitas accidentalis.

QVAESTIO VIII.

¶ Super Quaſtionem octauam.

I De uoluntate quorum ſit ut uoluntorum, in tres articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandū eſt de ipſis actibus uoluntariis in ſpeciali. Et primò de actibus, qui ſunt immediate ipſius uoluntatis, uelut à uoluntate eliciti. Secundò de actibus imperatis à uoluntate: uoluntas autem mouetur & in finē, & in ea, quæ ſunt ad finem.

¶ Primò igitur conſiderandum eſt de actibus uoluntatis, quibus mouetur in finem: & deinde de actibus eius, quibus mouetur in ea, quæ ſunt ad finem. Actus autē uoluntatis in finem videntur eſſe tres. ſ. uelle, frui, & intendere. Primò ergo conſiderabimus de uoluntate. Secundò, de fruitione. Tertio, de intentione.

¶ Circa primū conſideranda ſunt tria. Primò quidem, quorum uoluntas ſit. Secundò, à quo moueatur. Tertio, quomodo moueatur.

Circa introductionem quaſtionis octauæ, quoniam ibi diſtinguitur actus uoluntatis in eos qui ſunt finis, & in eos qui ſunt eorum quæ ſunt ad finem: dubiū occurrit, an detur in uoluntate actus neuter. Scotus enim in primo ſent. diſtinct. 1. quaſt. 3. in 1. articulo, tenet dari actum in uoluntate tendentem in aliquid nec ut ad finem: & probat ſic. Uoluntati poteſt oſtendi aliquod bonum abſolute, non ſub ratione propter ſe, nec propter aliud boni. Et uoluntas poteſt habere aliquem actum circa tale obiectū non inordinatum, intellectu oſtendente qualiter illud uolendum eſt. ergo

tie. 3. q. 2. ar. 4. & 5. Ethic. le. 3. fi. c. 1. a. m. c. 1. to. 5.

li. 5. ca. 1. fi.

q. 1. ar. 1.

loco citro in argu. ſc. contra.

¶ Super Quaſtionem octauam.

ergo